



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

19 An confiscatio ipso iure à delicto imposita impediat ne delinquens
alienare sua bona possit, & faciat, vt fiscus ea sic alienata possit
recuperare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

ligenda est lex talis de sententia declaratoria pœna ita ut absque hac, sententia cœnascatur pœna incurra, non tamen absque aliqua sententia criminis declaratoria, sic Valq. *disp. 170. n. 2. n. 2. 4. c. 25.* Anton. Gom. *3. var. c. ult. n. 3.* Marten. *l. 5. re. cop. tit. 1. leg. 5. gloss. 1. n. 4.* ibi Azeved. *num. 1.* Sanch. pluribus exomans, *lib. 2. cap. 22. num. 20.* Neque obstat, si dicas, eo ipso, quo aliqua pœna imponitur ipso iure delicto, sufficit ut incurratur sententia declaratoria criminis, neque necessaria est sententia expressæ ad pœnam condemnans. Ergo si lex excludit declarationem, videtur hanc declarationem criminis exclusisse, non pœnæ declarationem, quæ per se, vt pote non necessaria, exclusiua est. Non, inquam, obstat, quia non est omnino certum non esse necessariam sententiam declaratoriam pœnæ, simul cum sententia declarante delictum, iuxta *l. Præses. C. de sentent. c. interlocut.* vbi definitiua sententia, quæ absolutioem, vel condemnationem non continet, pro iusta non habetur. Deinde concessio non esse necessariam sententiam expressæ declarantem pœnam, ut incurratur, adhuc lex potest illam excludere ad maiorem claritatem, & firmitatem, quod non est alienum ab stylo legum, vt tradit Couar. *lib. 2. var. c. 5. n. 9.*

4 Hinc fit ante hanc sententiam declaratoriam criminis neque teneri delinquentem etiam publicè bona offerre fisco, neque fisco ius ad bona occupare, quia non potest occupare bona, dum delinquens ea iure possidet *cap. in litteris. de restit. spoliat.* dum non accedit hæc fœntentia, iure pœ fides delinquens. Ergo sic docet Simanc. *de catholice. institut. tit. 9. n. 175.* Mol. *tom. 1. disp. 95. in solut. ad 3.* Valq. *de leg. disp. 170. c. 4. n. 15.* Sanch. *cap. 22. num. 18.* Suar. *disp. 22. de fide. sect. 2. n. 6. circa finem;* cum hoc tamen stat, vt fisco ante sententiam bona tradat alicui custodienda, ne auferantur; hoc enim & fisco, & delinquenti vtile est, & notat Suar. ibi.

Difficultas ergo est, an accedente hac sententia declaratoria criminis teneatur delinquens bona fisco offerre?

5 Qua in re ferè omnes consentiunt non posse tunc delinquentem executioni sententiæ resistere, quia esset resistere executioni iustæ, & debita post sententiam. Vnde non poterit bona ex proposito occultare, & alij obseruanda tradere, ne fisco illa occupare possit, quia hæc est positua resistentia, sic Bannes *2. 2. quest. 6. art. 3. dub. 2.* Aragon. *ibi. col. 2.* Sanchez *lib. 2. cap. 22. num. 11.* Bonacina *disp. 3. de contrait. quest. 8. punct. ult. §. 3. num. 5.* Secundo, si edictis, vel alio modo è iudice rogetur de bonis, quæ habet, & fisco iam applicata sunt, debet manifestare. Quod si ab hac manifestatione abstinere, executioni sententiæ resistere resistit, & contra iustitiam aduersus fisco peccat, & restituere obligatur. Quia fisco ratione dominij acquisiti in delinquentis bona ius habet obligandi delinquentem, vt veritatem interrogatus manifestet: sic Bannes, Aragon. Bonac. Sanch. *sup.* & Azor. *tom. 1. lib. 5. c. 8. q. 4. c. 1. tom. 3. lib. 4. c. 6. q. 9.* Quod dico de delinquente, idem dicendum est de illius hæredes, & possessore, apud quos talia bona delinquentis condemnati existunt. sic Azor. *illo. c. 8. q. 4.* Sanch. *n. 12. c. 13.* quia semper bona transeunt cum illo onere, & obligatione ad fisco.

6 Verùm si delinquens condemnatus (& à fortiori eius successor) bona occupanda à fisco non occultet interrogatus, neque resistat, si auferantur, sed potius paratus sit ea petita offerre, communis sententia tenet satisfacere obligationi, neque debere ea fisco offerre, quia sententia non obligat delinquentem, vt ea bona fisco tradat, sed ius tribuit fisco ea capiendi, quia esset durissima obligatio delinquentem executorem suæ pœnæ constituere, sic Couar. *4. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. n. 10. c. 1. vol. 2.* Simanc. *tit. 9. num. 184.* Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 8. quest. 4.* Mol. *tom. 1. disp. 66. vers. addit. c. disp. 95. vers. ad 2.* Sanch. *illo. cap. 22. n. 8.* Bonac. *disp. 3. q. 8. p. ult. §. n. 5.* Suar. *de fide. disp. 22. sect. 2. sine. Farinac. quest. 19. num. 23.* & alij apud ipsos. Limitant autem Couar. Simanc. Mol. Sanch. & alij, nisi index expressè ad solutionem condemnaret, quod in confiscatione omnium bonorum, vel partis illorum nunquam fit. Cæterum hæc communis resolutio mihi difficultatem ingerit. Nam facta condemnatione iam delinquens nullam ius habet in illis bonis confiscatis, sed totum ius transfatum occupat. Ergo quamvis fisco non petat, non poterit delinquens ea retinere, & multo minus alienare, aut in proprios vtus consumere, quia hæc est propria actio dominij, & possessionis, à qua iam per sententiam spoliatus est: sic docuit Cordub. *in suis quest. lib. 1. q. 36. notab. 2.* & facit Valq. *de legib. disp. 172. cap. 2. num. 11.* Neque obuiat, quod obligat delinquentem ad rem unius arduam, & difficilem; tum quia declarato delicto, & lata sententia non est nimis acerbum de ferre delinquentem sua bona fisco. Tum quia non est necessarium, vt deferat, sufficit, si manifestet bona, quæ habet, vt possit fisco ea occupare. Quod si facta manifestatione fisco negligens fuerit in illorum bonorum occupatione; iam tunc censetur ex voluntate fisci delinquentis possidere: quæ voluntas ante manifestationem præsumi non potest.

7 Sed quid dicendum, si reus interrogatus de delicto, quod reuera commisit, negat contra iuris ordinem veritatem, aut falsis testibus innocentiam probat, aut futili appellatione iudicium subrepti fugit; & obinde neque damnatur, neque fisco eius

bona occupat, an teneatur fisco restituere emolumentum, quod posita sententia percepit? Ratio dubitandi est, quia licet fisco non habeat ius occupandi delinquentis bona nisi posita sententia declaratoria criminis: at videtur habere ius ne hæc occupatio mendacis impediatur, sicuti nullus habet ius, vt tu ei legatum aliquod gratiosum in testamento relinquas, eive donationem facias, beneficium conferas: at habet ius, ne ab aliquo vi, fraude, aut fallacia impediatur id facere, quod si aliquis te impedit, ipse tenetur emolumentum, quod inde sperabas, restituere. Et confirmo, si querentem beneficium, quod consequi poterat solitudine sua, diuertas ab illius confiscatione mendacio, nemini est dubium te esse obligatum restituere emolumentum obtenturum. At falsis testibus & mendacio diuerteris fisco querentem consequi tua bona, ne consequatur. Ergo tenetur reparare: & ita docet Caito *de lege pœnali lib. 2. c. 11. §. ex his.* Molin. *tom. 1. de inst. disp. 95. vers. duo sunt.* Sotus *lib. 1. de iust. q. 6. a. 6. ante §. concl. & est satis probabilis sententia.*

8 Nihilominus probabilior sententia, & communior est, quæ eximi reus ab hac obligatione; sic multis rebus docet Sanch. *lib. 10. de matrim. disp. 8. n. 14. c. lib. 2. in Decal. cap. 22. num. 22.* Valq. *1. 2. disp. 175. cap. 2. num. 13. c. 14. Lectus lib. 2. cap. 3. dub. 8. n. 50. c. 56.* Reginald. *lib. 2. 4. num. 145.* Bonac. *disp. 10. in 8. Decalogi præcepto, q. 3. p. 2. n. 23. c. disp. 3. de contrait. quest. 8. p. ult. §. 3. ad finem 6. & alij apud ipsos. Motuor, quia fisco non habet ius ad obligandum reum, vt veritatem fateatur; & eum obligatio solum ex iudicio, iustitiæque legali prouenit. Ergo cum veritatem occultat reus, & fallaciis vitur, non aduersus fisco delinquit, sed aduersus iudicium, iustitiæque legale. Ergo ad nullam restitutionem, compensationemque fisco tenetur. Et confirmo: si fisco ad penam corporalem infundendam reo procederet, ipseque reus veritatem negaret, non ob inde aduersus fisco, sed aduersus iudicium publicum delinqueret. Ergo similiter, cum ad pecuniam pecuniariam proceditur. Et ratio omnium est, quia iudicium publicum per se institutum est ad puniendam delicta, & mala præcauenda in republica, non ad ditandos auctores. Ergo negatio veritatis, & fallentia facti in iudicio, non aduersus auctores directe procedit, sed aduersus ipsum iudicium, ac proinde nulla est obligatio compensandi.*

9 Secus verò dicendum esset de procuratore fisci, si omitteret delinquentem accusare, cum se tenet scribit, sciens facta accusatione, & condemnatione sequuta bona illius delinquentis esse fisco occupatum, quia huiusmodi procurator fisci ea conditione à republica constitutus est, vt veritatem fisci procurer, delicta facta in iudicio deferat, vt punia fisco emolumentum afferant: quare si negligens fuerit, videtur ad restitutionem esse obligatus. Iudices autem, & alij ministri iustitiæ, etiam negligentes sint in deferendis in iudicium puniendisque peccatis, non videtur ad restitutionem fisco obligati esse, quia non ad ditandum fisco, eivse veritatem querendam instituti sunt à republica, sed ad purgandum illam à vitio, & in pace conseruandum. At si iam delicta in iudicio essent delata, & à ficali, vel à quolibet alio, cui pœna esset applicanda, peteret sententia, ipseque index negligens sit in illa ferenda, & pœna applicanda, abique dubio credo obligatum esse emolumentum obtenturum compensare. Quia ex iustitia commutativa obligatus est index in iudicio reddere pœntentis ius suum: at ius habet petens pœnam, vt sibi per sententiam applicetur. Ergo si negat, iniustitiam aduersus petentem committit, & non solum aduersus iudicium publicum: & hæc omnia docet Valq. *1. 2. disp. 175. cap. 1. à num. 9. vsque in finem.*

PUNCTVM XIX.

An confiscatio ipso iure à delicto imposita impediat, ne delinquens alienare sua bona possit, & faciat, vt fisco ea sic alienata possit recuperare.

- 1 Probatur delinquentem impediatum esse alienare.
- 2 Contrarium est probabilius.
- 3 Satis est fundam. num. 1. adducto.
- 4 Non sunt alienationes ita validae, quin fisco eas reuocare possit.
- 5 Excepit nisi possessores prescripserint.
- 6 Tempus ad prescriptionem in crimine hæresis quadragesimum est.
- 7 Limitatur ab aliquibus, nisi fisco regis sint applicata, quæ tunc quinquennium sufficere dicunt. Non admittitur limitatio.
- 8 Secundum limitant, vt prescriptio procedat post mortem delinquentis, sed in eius vita. Non videtur approbanda limitatio in rigore.
- 9 Notanda sunt aliquot conditiones, quas prescribentes habere debet, vt illis faueat prescriptio.
- 10 In aliis criminibus ab hæresi non prescribitur minor tempore, quam vicefimo.
- 11 Fisco non potest petere bona à tertio possessore in ipsius fraudem alienata, nisi infra annum vitalem.

- 12. *Esse non datur restitutio aduersus prescribentem bona, quae illi comprehendantur.*
- 13. *Alienationes necessariae factae ab haereticis, reuocari non possunt a fisco.*
- 14. *Explicatur, quae sint alienationes necessariae.*
- 15. *Item non reuocantur alienationes factae a marito bonorum uxoris, quae constanter matrimonio de quaesita sunt.*
- 16. *Alienationes gratuita horum bonorum reuocari possunt, excepta qua praesumuntur in fraudem.*
- 17. *Quid si maritus conficius fuit uxoris criminis, uerius est, reuocari tunc posse alienationem.*
- 18. *Quid si necitas in haeresim, & reconuclietur.*
- 19. *Sola alienatio de bonis post delictum facta est reuocabilis.*
- 20. *Non reuocantur alienationes factae a reo per potestatem publicam absolutam.*
- 21. *Lexita ne sit haec alienatio? Proponitur ratio dubitandi.*
- 22. *Resoluitur tacitam esse.*
- 23. *Teneris tamen vitium manifestare, quando adest periculum reuocationis, & inferuntur notabilia.*

Dicitur concessio impedire alienationem potest, Primo licet sit. Secundo ut valide.

Et quoad ualorem alienationum uidentur aliquae leges omnino impedire, & alienationes irritas reddere. Nam lex *Manichaei*, §. *prateria*, C. de haereticis, & l. *uit. C. ad legem Iuliam* colligitur a deum quae facultas, & additur tales alienationes ualere non debere. Item traditur in nostro regno l. 4. tit. 2. part. 7. quibus legibus fuerit sententia illa afferens delinquentem ad delictum commissum priuatum esse dominio suorum bonorum, non igitur ualide alienare potest: & ita tradunt *Synodus de catholice infirmitate*, tit. 9. num. 25. *Peregrinus de iure fisci*, lib. 5. tit. 1. n. 166. *Bollus in sus praet. de bon. publicis*, n. 76. & alij relati a Sanchez, Farinac., & alijs itatum referendis.

2. Certum probabilis existimo alienationes a delinquentibus factas quous titulo sunt ualidas esse, uenit tamen annullandas per sententiam sic docent *Vaquez* l. 1. *disput. 273. cap. 2. num. 9.* *Sanchez de fide*, *disput. 11. sect. 4. num. 3.* *Farinacius de haer. §. 190. num. 72.* & alij apud ipsos. Ratio est, quia delinquentem condemnationem interdictam non est bonorum suorum administratio, sed legitimam administrationem fecerunt potestas alienandi. Ergo delinquens potens est alienare, & consequenter ualide alienat. Et confirmo, si delinquens non potest libere alienare bona ob delictum conficta, cum ex testamento filio haereditatem relinqueret, obligatus esset ut fisco manifestare delictum, ut sciret illa bona accepta inalienabilia esse, vel debeat prius satisficere fisco non pariter damnum ex filij alienatione. Haec autem sunt inaudita. Ergo non est dicendum inuulidam esse delinquentis alienationem. Confirmo secundo. Contractus facti a Catholicis cum haereticis Angliae, & Germaniae ab omnibus reputantur legitimi, qui erant non essent, si delictum haeresis priuaret delinquentem potestate ualide contrahendi, cum ipsi uere haeretici sint, & omnes poenas haereticis impositas incurunt.

3. Neque leges pro contraria sententia adductae uigent: ne enim donationes, & alienationes, quae firmas, & ratae non sunt, inuulidae uocantur, ut colligitur ex l. 1. *§. l. post. contractum ff. de donationibus*, ac proinde nihil mirum, si donationes factae post contractum dicantur inuulidae, hoc est, infirmas, & reuocabiles.

Aduertit optimè *Vaquez* in *cap. 1. num. 9.* & ex illo *Sanchez cap. 2. num. 51.* Plurimum differre uoo, ut alio modo philosophant, nempe asserere alienationes esse ipso iure nullas, ut uenit annullandas per sententiam. Nam qui dicunt has alienationes inuulidas esse ipso iure, consequenter affirmare debent fructus ex rebus alienatis perceptos restituendos esse, sed idem nullum ius in illis bonis per alienationem est comparatum. Secus uero est dicendum, si alienationes ualeant, quia tunc recipiens fructus facit suos, neque ad restitutionem obligatur, quousque delinquentis condemnatur.

4. Nihilominus est ipso iure alienationes ualidae sint: at certissimum est apud omnes Doctores, ut uidere est in *Sanchez lib. 3. cap. 2. n. 33. §. 36.* *Suat. de fide disput. 22. sect. 4. n. 5.* *Farinac. de haer. §. 190. num. 70.* alienationem factam a delinquentem post delictum commissum, cuius bona ipso iure publicantur, non ita ualidam esse, quin fisco eam reuocare possit. Quia a die commissi delicti ea bona sunt fisco addicta, & quasi in hypothecam tradita, ac proinde in quemlibet possessorem cum illo onere transeunt: hoc enim ad minus probant leges prohibentes his delinquentibus alienationes, ut est lex, *ex iudicio ram scri. adeo ff. de accusationibus*, ibi, *ex quo quis aliquid ex his causis crime contraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse*, & l. *Manichaeos §. prateria C. de haereticis*, ubi, *non relinquimus contrahendi facultatem l. ult. C. ad leg. iul. maiest. libi, neque alienare posse l. donat. in concubinam §. fin. ff. de donationibus*, & alia. Probat enim, ut non possit sic delinquentes alienare firmiter, & irreuocabiliter. Quapropter lata sententia de Castro *Smm. Mor. Pars 1.*

tia confiscatio retrahitur ad die commissi delicti, ac si illo die sententia lata fuisset, & bona alienata ab illo die deuoluuntur ad fisco, etiam ad plures possessores peruenissent, seculsa praescriptione, de qua infra. Quod uerum est, etiam si bona fide quis a delinquentem receperit ignorans profus delictum, quia haec ignorantia, & bona fides non tollit rem acceptam obligatam esse fisco? ac proinde non infirmat ius fisco acquiratum.

5. Haec tamen doctrina aliquas patitur limitationes. Prima hinc possessores illorum bonorum, quae fisco erant addicta, praescriptione legitima se defenderint ex *cap. si de praescriptionibus*, in. 6. l. 2. C. de apostatis l. in omnib. ff. de iure fisci, & in consensu est apud omnes.

6. At controuersia est inter Doctores, quod tempus ad hanc praescriptionem sufficiat; nam aliqui spatium 40. annorum constituunt, aliqui 30. alij 20. alij 10. alij 5. uide *Bart. l. 2. C. de uoluntat. Farinac. 1. p. praet. quest. 10. n. 82. §. quest. 25. n. 158. §. de haer. §. quest. 190. num. 119.* *Anton. Gomez. tit. de consuet. n. 5.* *Bollus, tit. de publicat. bonorum. num. 78.* *Petegrin. de iure fisci, lib. 6. tit. 8. n. 36.* *Sanchez lib. 2. c. 2. n. 37.*

Dicendum ergo est in crimine haeresis necessarium esse spatium 40. annorum, ut possessor praescribat bona delinquentis aduersus fisco: habetur expresse *cap. 2. de praescriptionibus*, in. 6. ibi *nisi spatium 40. annorum fuerint bona fide possessa*, & ita tenet pluribus relatis *Sanchez lib. 2. cap. 2. n. 37.* *Farinac. loc. relatis Fachin. lib. 9. controuers. cap. 54.* *Mol. de iustit. tom. 1. disp. 73. versic. hinc. insert.*

7. Limitant autem *Couart. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. n. 16.* *Anton. Gomez. tom. 3. var. cap. ult. num. 5. ad finem.* *Greg. Lopez l. 7. uerbo deinde en adelante, tit. 25. part. 7.* *Quemada in suis quest. fisci lib. 1. quest. 16. conclus. 2. §. 3.* sequentes *Abbatem in e. cum a nobis. num. 8.* *Felin. num. 11. de praescriptione*, ut procedat cum bona haeretici fisco Ecclesiae sunt applicanda secus si fisco saeculari: tunc enim affirmant quinquennio praescribi, mouentur ex l. 2. C. de apostatis. ubi quinquennio praescribitur ne contra apostatam defunctum procedatur. Ceterum haec limitatio admittenda non est, sed indistincte affirmandum spatium quadragenarium requiri ad hanc praescriptionem, siue fisco Ecclesiae, siue saeculari bona appeterent: sic docent *Farinac. de inquisit. quest. 10. num. 82. §. q. 2. num. 163.* *Sanchez n. 40.* *Simanc. de catholice infirmitate. tit. 18. n. 14. §. et. 9. n. 132.* *Molin. supra. Pegna comm. 92. in 3. p. dicit.* & alij apud ipsos. Ratio est, quia in delictis Ecclesiasticis puniendis standum est potius dispositioni iuris canonici, quam civilis. Est certum hoc crimen haeresis Ecclesiasticum esse, *ex inquisitionis §. prohibemus de haereticis in 6.* Ergo cum secundum ius canonicum spatium 40. annorum, & non minori concedatur praescriptio, illi standum est. Item Pontifex nullam distinctionem fecit de confiscatione applicanda fisco Ecclesiastico, vel saeculari. Ergo de utroque indistincte censendus est loqui l. 1. §. generaliter ff. de legat. praescribis quia ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus l. 3. ff. de officio praesidis l. de pretio ff. de publicat. in rem actione. Neque l. 2. C. de apostatis. uiget, quia, ut bene dicit *Fachin. lib. 9. controuers. cap. 54.* non de confiscatione loquitur, sed de actione intra quinquennium exercenda contra testamentum apostatae: ibi, *eaque gratia restari minime potuisse, & firmat intra iuge quinquennium.*

8. Secundo & a contrario limitant alij, ut supra dicta doctrina de praescriptione quadragenaria procedat post mortem haeretici: nam illo uiuente affirmant nunquam posse praescribi etiam si mille annos possiderent, sic relatio *Ioan. And. Anchar. Dominico tradit Sanch. n. 37.* *Mol. disput. 73. concl. 3. §. 6.* *Farinac. de haer. §. quest. 190. num. 122.* *Mouentur*, quia uiuente haeretico semper contra illam procedi potest, etiam si quadragenarium tempus praecesserit, sed quoties contra haeticum procedi potest, & condemnari; non uideatur possessores suorum bonorum praescribere. Ergo. Item quia textus in *cap. fin.* concedit post mortem haeretici eam in suis bonis praescriptionem. Ergo cum de vita nihil loquatur, censuit in illa dari non posse. Ceterum est haec limitatio in consulendo, & iudicando retinenda sit, propter auctoritatem Doctorem: at in puncto iuris censentem repellendam esse. Tum quia alio nullo tempore praescribatur actio procedendi contra haeticum inde non inferret, nullo unquam tempore aduersus fisco in eius bonis praescribi. Nam *Couart. supra. n. 16.* *Sanch. num. 42.* *Simanc. tit. 18. num. 42.* affirmant nullo unquam tempore praescribi actionem procedendi contra haeticum defunctum ad eius memoriam damnandam, & tamen affirmant pro certo praescribi spatio quadragenario aduersus eius bona. Neque etiam ex eo quod textus in *cap. fin. de praescriptionibus*, nihil de praescriptione uiuente haeretico loquatur, inferret sensisse non posse praescribi illo tempore: tum quia ipse fuit casus omisus, & relictus dispositioni iuris communis: tum quia expresse concedit textus aduersus Romanam Ecclesiam in bonis ab illa acceptis, quadragenario praescribi, cum tamen iure communi centenario, praescribatur, ex *e. ad audientiam cap. cum uebis cap. si diligenti, de praescriptionibus cap. 2. eod. tit. in 6.* *Authent. quos actiones C. de sacro sanct. Eccles. Ergo quoties possessor non possidet bona Romanae Ecclesiae per delictum applicata poterit cente quadragenario tempore praescribere. Adde si bene supra dictus textus*

DE
SISTRO
ALAY
TOM.
II

expendantur, clarè in prima parte insinuat viuentis hæretico quadragenario tempore præscribi posse in bonis ad alias Ecclesias pertinentibus. & centenario in pertinentibus ad Ecclesiam Romanam, loquit enim text. *Statuimus in apprehendendis, vel occupandis bonis eisdem qua à Romana, vel ab aliis delinquentes tenet, nullas ipsi Ecclesiis temporis lapsus obstat nisi contra ipsam Romanam Ecclesiam centenaria, vel contra Ecclesias alius quadragenaria præscriptio legitime sit completa*, ubi nulla distinctio fit de viuentis hæretico, vel illo mortuo. Quocirca extimare dicendum contra fisco Romanæ Ecclesiæ in bonis ab illa in feudum; vel alio titulo acceptis non præscribi, nisi centenario. Excipit, nisi post mortem hæreticorum bona ipsa fuerint à filiis catholicis, &c. quadragenario bona fide possessa. In bonis autè, que non ab Ecclesia Romana accepta sunt in feudum, neque illius sunt alio titulo, sed ad Ecclesias alias pertinent, aut Ecclesiæ Romanæ solum pertinent ob fisco, ratione delicti commissi, quadragenario absque vlla distinctione præscribitur, quod meo iudicio, plurius Fatim. q. 2. §. n. 163. & 168.

9 Potro cum in *suprad. cap. fin. de præscriptionib. in 6* singularis factor fit successibus hæreticorum, vt videlicet post mortem delinquentium, ne molestentur in bonis, que possident, si quadragenario possideant, etiam si talia bona ad Romanam Ecclesiam pertineant, & ab illa sint accepta, merito aliquæ conditiones speciales ad hanc præscriptionem exiguntur, que in præscriptione bonorum ob alia delicta non expositantur. Prima, vt possidentes Catholici sint: nam si hæretici essent, nunquam possent præscribere, sicut neque ipse hæreticus aduersus fisco præscribit. Secunda, vt hæreticus, quorum bona possident, præsumatur Catholicus decessisse; cui præscriptio obstat, si diffamatus, vel suspectus de hæresi decessit. Tertia, vt in his conditionibus toto quadragenario tempore perseveret: nam si intra illud nuntiatur defunctum hæreticum fuisse, vel ipse possessor in hæresim incidit, tota hæc præscriptio interumpitur; quia cessat bona fides, que à *supradicto* textu expositantur, sic glossa *ibi*. Dominic. num. 4. Pegna *director. 3. part. comment. 92. versic. filij vero*. Sanchez *lib. 2. cap. 22. num. 41.*

10 Verum si de præscriptione bonorum confiscatorum ob alia crimina præter hæresim sermo sit, crederem probabilius non præscribi minore tempore, quam 20. annis; quia ita videtur expressè definiti in *l. in omnibus. ff. de divers. & temp. præscripti. ibi, in omnibus fisci questionibus, exceptis causis, in quibus minora tempora seruari specialiter constitutum est. 20. annorum præscriptio custoditur*. Ergo ubi minora tempora constituta non fuerint, 20. annorum spatium necessarium est. Idem habetur *l. querela. C. ad legem Corneliam de falsis, vbi Diolet. inquit: Querela falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi 20. annorum exceptione, sicut cetera quoque fecerit crimina. Ergo si in cognitione delictorum, quoad condemnationem personæ non præscribitur minori spatio, quam 20. annorum, vt tradit *suprad. l. ergo* neque etiam minori tempore præscribetur in bonorum condemnatione, que accessoria est sic glossa & Bart. in *suprad. l. in omnibus*. Boffius de *publ. bon. n. 78*. Farin. *cap. 54. lib. 9.**

Neque obstat *l. 2. C. de veigalib. & commissi. vbi* quinquennio aduersus fisco præscribitur, quia loquitur specialiter de bonis confiscatis ob veigal non solum, sed quando bonorum confiscatio facta fuerit ob aliud delictum, sic Fachin. *suprad. Farinacius quæst. 25. num. 163.*

Neque etiam obstat *l. in cognitione. ff. ad Sillan.* quia etiam est casus specialis, loquitur de cognitione aperti aduersus testamentum testamenti eius, qui à familia sua occisus dicitur, que cognitio quinquennio præscribitur. Neque item obstat *l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. 30. vel. 40. ann. vbi* hoc spatium requiritur ad præscribendum bona fisco acquisita: loquitur enim de præscriptione bonorum, que iam sunt fisco incorporata; hæc enim, vt habetur *Institut. de vsucapionibus, §. res fisci*, vsucapi non possunt, nisi illa longissimi temporis præscriptione, vt bene dicit Molina *de iust. tom. 1. dif. 73. concl. 1.* secus verò de bonis, que licet publicata sint, non sunt tamen fisco incorporata; hæc enim etiam sine titulo, modo aut bona fides in possidente, præscribuntur ad minus 20. annis; & tradit Farinacius, q. 25. §. *fine*. Bona fides in his omnibus existit, etiam si factis delinquentem culpam commississe, ob quam bona ipso iure publicantur; cum enim non teneatis bona illa fisco offerre, sicut neque ipse delinquentes tenetur, huiusmodi cognitio non impedit bonam fidem; & tradit expressè Molina *tom. 1. de iust. disp. 66. concl. 1. cum Couart. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 16. & reg. possessor. 2. p. §. 11. n. 5.* Panor. mit. Felin. & aliis in *cap. vltim. de præscriptionibus*. Lessio *lib. 2. cap. 6. dub. 6. num. 20. versic. respondeo iuris periti*, &c.

11 Aucto primo fisco petere non posse à tertio possessore bona in ipsius fraudem alienata, nisi infra annum vilem, cuius loco datur hodie quadragenaria, quia illo tempore tolluntur & præscribuntur actiones reuocatorie *l. 1. §. 1. ff. qua in fraudem credit. §. item si quis in fraudem. Institut. de actionib. & tradit Aeron. Gomez tom. 3. cap. 14. de bon. public. num. 5. §. *fine*. Farinacius *quæst. 25. num. 164.**

12 Secundo aduerso fisco non dari restitutionem aduersus præferentem bona, que illi competeant, sic Farinac. *suprad.*

n. 195. & *segg.* cum Tob. Nonio *conf. 105. n. 3.* Tū quia in odiosis, & correctorijs (qualis est actio confiscandi bona) cessat, & deneganda est in integrum restitutio, vt tradit Aym. *conf. 271. n. 7. lib. 2.* & Andr. Tiraq. *de viroque retractu. q. 1. §. 35. gloss. 2. n. 10. & segg.* Tum etiam, quia in executionibus, & executionibus penarum, nec fisco, neque alius de iure restituitur, vt per multos Doctores ibi comprobatur Farinac. specialiter declarat Oddus Perul. in *tract. de restit. in integ. p. 1. q. 3. n. 85. & segg.*

13 Secundo limitatur conclusio, vt intelligatur in alienationibus non necessarijs; alienationes enim necessariæ factæ ab hæretico, seu ab illo, cui sunt bona publicata, & cui est interdicta bonorum suorum administratio, reuocari non possunt à fisco; eo quod hæc alienationes quasi nomine fisci, & ex præsumpta ipsius voluntate confectantur esse factæ: sic Couart. 4. *decret. 2. p. cap. 6. §. 8. n. 9.* Aeron. Gomez *tom. 3. var. cap. vlt. n. 4.* Boffius *pract. tit. de bon. public. n. 77.* Peregrin. *de iure fisci. lib. 1. tit. 1. n. 166. & 176.* Sanchez *lib. 2. cap. 22. n. 55.* Bonacina *disp. 3. de contract. q. 8. p. vlt. §. 3. n. 4.* Farinac. *de hæresi. q. 190. n. 87. & q. 164. n. 96.* & alij apud ipsos: & licet Gabr. Quercada *q. 7. n. 6. & segg.* videatur ab hæc opinione discurrere: at illam iudicat equiorem; & fauet *l. alienatione. 13. C. famul. eris. ibi, alienationes post iudicium acceptum interdicta sunt duntaxat voluntaria.* Ergo ex causa necessitatis censetur concessæ.

Quæ autem alienationes reputentur necessariæ, hæc sunt. Prima, quando hæreticus expendit bona sua, vt creditoribus satisfaciatur, quia tunc facit, quod fisco facere debet, sed neque illud *ff. de solut. & tradit Bart. in l. post contractum. n. 17. ff. de donat. & ibi Imola n. 9.* Paul. de Montepico *n. 76.* Farinac. *de hæresi. q. 190. n. 87. & q. 164. n. 97.* Sanchez *lib. 2. c. 12. n. 56.* Secunda est, si facta fuit alienatio ad effectum se & familiam suam alendi, quia vique sententia criminis declaratoria existit, ipsæmet fisco alere debet delinquentem ex bonis suis: sic Bart. *ibi num. 12.* Montepico *num. 44. 71. & se q. 74. & 87.* Farinacius *de falsi. num. 111. & de hæresi. num. 89.* Sanchez *n. 56.* Tertiò si fiat alienatio pro valeatidum sui, suorumque: hæc tanquam alimenta reputantur. Et idem est pro finire, sicut enim hæc alienatio necessaria, Farinacius, Sanchez, Paul. de Montepico *locis allegatis.* Quartò, si fiat pro redemptione sui, suorumque à captiuitate, & carceribus liberatione; quia est gravis necessitas, cui potest delinquentes ex bonis actu possessis succurrere, sic Montepico *n. 79.* Boffius *tra. de publ. bon. num. 47. §. fine.* Farinacius *de falsi. n. 113.* Quinò, si fiat pro defendenda causa, foluendis Aduocatis extrahendis scripturis; quia defensor propria iure naturæ est concessa, sic Sanchez *n. 56.* Farinac. *de hæresi. q. 190. n. 87. & de falsi. q. 164. n. 11. & alij apud ipsos.* Limitat Sanchez, vt intelligatur de alienatione facta pro expensis litis circa illud crimen, ob quod bona publicantur. At reliqui Doctores eam restrictionem non appointunt, neque est necessaria, si enim ex alio delicto persona delinquentis, aut eius bona petat alienari, iure naturæ defensor illi est concedenda; ac proinde est alienatio necessaria, & non voluntaria. Sextò, neque alienatio reuocatur, si fiat pro defendendis, reparandis, & conseruandis bonis, quia in hac defensione, reparatione, & conseruatione negotium fisci facit, sic Farinacius, Sanchez & Doctores supra allegari; in *supradictis* enim fecerit omnes conueniunt. In duplici casu est nonnulla difficultas.

14 Primò, si fiat alienatio pro dotandis filiabus, ac hæc reputanda sit inter alienationes necessarias, ac proinde nec reuocanda. Negat Sanchez *illo num. 5.* Montepico *dicit. l. post contractum. num. 74. §. fine.* Bonacina *disp. 3. de contractibus. quæst. 6. punct. vlt. §. 3. num. 4. proposit. 2.* quia fisco non tenetur dotare filias. Ergo neque delinquentes poterit, qui filii vices gerit, bona ad eiusmodi effectum alienare. At credo probabilius alienationem necessariam esse, & irreuocabilem; quia dos competens, & moderata loco alimentorum succedit, & dos, & alimenta æquiparantur, vt ex pluribus probant Abbas in *cap. cum haberet. de eo qui duxit in matrem. n. 5.* Tiraquel. *de primogen. 62. quæst. n. 4.* Molina *de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 8.* Neque obstat fisco publicatis bonis per sententiam obligatum non esse filias dotare, quia etiam non videtur obligatus alimenta præbere: & tamen ante sententiam alienatio facta pro alimentis filiorum necessaria reputatur; sic de alienatione dotis dici potest: & ita tenet Farinacius *q. 190. de hæresi. n. 87.* iunctis iis que docet *quæst. 24. num. 46. & 47.* ad que, in *quæst. de falsi. 164. & quæst. 116. de crimine lese maiestatis*, se remittit. Idem docet Peregrinus *de iure fisci. lib. 5. tit. 1. n. 177.* Secundus casus, in quo est aliqua difficultas, est in alienatione facta ob beneficium donatarij: ac proinde reuocanda, & ita implicite sentit Sanchez *illo cap. 2. num. 56. §. fine*, quatenus dicit extra causas ibi enumeratas nullam aliam necessariam esse, in quibus causis hæc non memorat. Cæterum satis probabiliter credo alienationem remuneratoriam necessariam esse; ac proinde non reuocandam, tradit expressè Farinacius *de falsi. quæst. 164. num. 118.* Probo, quia remunerari merita licet non sit obligatio iustitiæ, est tamen gratitudinis obligatio, que omnino deest vitam probatam, & honestam, sed

ca) nullibet necessarium est debito honestatis satisfacere, ex quo non satisfacto laeditur eius honor, & bona apud homines attimatio. Ergo. Debet tamen merita aliunde quam ex confessorio donatis conlata; alias praesumeretur fraud, vt bene Farinacius ibi & tradit Bertaz. *cons. 447. n. 13. & 14. Mantica de iactura, & ambigua conuent. lib. 13. tit. 39. num. 17.*

15 Tertio limitatur, vt non reuocetur alienatio facta a marito bonorum vxoris haeretice constanter matrimonio acquiritorum, quando ignarus fuit tale crimen esse commissum; quia durante hac ignorantia non amittit maritus horum bonorum administrationem. Ergo valide alienat, sicut si vxor haeretica non fuisset: de iudic. videtur in nostro regno. *l. 5. tit. 9. lib. 5. compilat. ibi. Tercio si quis los bienes que fueren ganados y adquiridos, o multiplicados durante el matrimonio entre el marido y la mujer que no fueren castros, ni casti castrenses, que los pueda conuergar el marido durante el matrimonio si quisiera sin licencia, ni otorgamiento de su mujer, y que los contratos de conuencimiento vala, saluo si fuere probado, que se fizio de burla, o de fraude, por defraudar, o daniificar a la mujer.* Ex quibus verbis satis conuincit manifeste alienationem horum bonorum validam esse, quocumque probatum non fuerit in fraudem vxoris factam. At si a fisco probetur in fraudem vxoris fuisse factam, reuocabitur vtique donationem, quia succedit iuri vxoris, quae ob hanc causam potest alienationem factam reuocare. sic Simancas *tit. 9. n. 83. Valq. 12. disp. 269. n. 15. Sanchez lib. 2. cap. 22. n. 43. Matiez. in suprad. l. glossa 6. n. 2. vbi regno Burgundiae, & Francie eodem esse conuentionem testatur ex consuetudine in consuetud. Burg. rubr. 4. §. 3. in prin.*

16 Solum est dubium, an sub hac potestate alienandi, solus contractus onerosus, non gratuitus intelligatur. Validissimum argumentum pro vtraque parte hanc questionem tractat Matiez. in suprad. l. 5. glossa 6. Placeat mihi eius resolutio. Absolutam alienationem gratuitam sub nomine alienationis non comprehendit sed esse censenda in fraudem vxoris facta: ac proinde reuocanda. Si enim maritus venderet (vt inquit Matiez.) aliquam rem pretiosam vxoris vili precio, in fraudem vxoris conlata facta venditio, a fortiori donatio in fraudem vxoris conlata est facta ex *l. si quis donationis causa. ff. de contrahend. emp. R*idiculisque esse disponere, quod mulier dimidiam habeat partem bonorum acquiritorum, si postea maritus nullus habens filios ea omnia bona suis conlanguinis donare: limitat autem, & bene, Matiez. *num. 14.* Itam fecerunt. Primo praeterquam si maritus ad filias committens dotandas, vel alimentandas, vel ad alias necessarias causas donationem fecisset. argument. textus *l. si tres familias. ff. de donat. lib. 1. quid ergo, si in ista ratione motus donet, nunquid propter alicuius locum esse donationis quod magis probatur. dicit ibi glossa, in verbo in ista ratione, vt mat. vel similibus coniunctis personis donare possit. Secundo limitat in donationibus moderatis, quas personae suae qualitates, & officij praestare solent, quia haec in utilitatem vxoris cedere etiam videntur, vel ad alienationem necessariam omnino reduci. Neque dissentit Thomas Sanchez *lib. 2. cap. 22. num. 44.**

17 Verum si maritus conlatus fuerit crimini vxoris, Simancas, & Valquez *locis citatis*, reputant sicut reuocare alienationem posse eo modo, quo possit reuocare, si ipsa post mortem mariti, & post commissum crimen alienasset; nullam prole habentem rationem. An ea esse potest, quia ratione scientiae videtur marito administratio illorum bonorum interdicta. At longe verius est probata scientia in marito crimini vxoris conlata alienationem; non quia interdicta sit marito scienti crimini vxoris bonorum vxoris administratio: hoc enim nullibi conlata potius tacite permittitur concessa communicatione bonorum vtique ad sententiam declaratoriam criminis. *l. 10. tit. 9. lib. 5. recopil.* sed quia tali scientia probata praesumitur maritum in fraudem fisci bona vxoris alienasse, tanquam rem in fraudem fisci alienatam, sicut eam reuocare potest. Quocirca si haec praesumptio alia praesumptione validiori vincatur, quae probetur alienationem factam non fuisse in fraudem fisci, sed ex alia causa necessaria, & conuenienti gubernationi domus, nullo modo erit reuocanda, sic Sanchez *lib. 2. cap. 22. num. 45.*

18 Quod si maritus in haeresim incidit, ob quam eius bona fuerint publicata, & fisco incorporata, si postea reconlatur, cenlet Thomas Sanchez *n. 46.* alienare posse dimidiam partem bonorum, quae constanter matrimonio vxori conlatae in diuisione facta: quia nullibi constat ob paupertatem amittisse societatem bonorum, & illorum administrationem. Item bona a viro reconciliata parta cum vxore sunt diuidenda. Ergo societas bonorum post condemnationem manet integra. Ceterum probabilis credo oppositum. Moueor, quia facta condemnatione viti, & bonis eius publicatis, illa dimidiam pars bonorum acquiritorum ita vxori adiudicatur, vt illius propria sit, neque viro communis, neque cum illo iterum diuidenda; aliis ex condemnatione viti vxor in propriis bonis patitur detrimentum. Quapropter societas in illis bonis tam diuisura est, est firma maneat in acquiendo. Neque obstat si illius partis non habere administrationem; habet

Erud. de Castro Gm. Mer. PAV. 1.

enim vtiq; & sicut habet administrationem dotis, & bonorum paraphernalium, quae propria vxoris sunt, & in quibus vir non communicat; non tamen habet administrationem, vt de illis tanquam de bonis communibus disponere possit, sic docent Azevedo *lib. 5. recopilat. tit. 9. lib. 5. n. 17. Valquez de legib. disp. 169. cap. 2. num. 16. Simancas de cathol. instit. 9. num. 87.*

19 Quarto limita in alienatione facta post delictum, haec enim sunt, quae reuocari possunt. Nam ante delictum facta, nisi fiant in fraudem fisci, (de quo infra) reuocari nullatenus possunt; quia non est, vnde infirmetur, cum tota ratio reuocationis ex delicto proneniat. sic omnes Doctores, & notauit Anton. Gomez *3. variarum, cap. 14. num. 4. Sanchez lib. 2. c. 22. num. 31. Bonacina de contractibus, disput. 3. quib. 8. punct. ult. §. 3. num. 2.* Quod intelligendum est de alienationibus de se validis. Nam si ante delictum inualide rem alienati commisso delicto poterit fisco ea sic alienata reperere, quia succedit in omnibus iuris iuribus. Ex quo fit, si vxor aliquid alienauit sine licentia viti, & pupillus & minor sine licentia tutoris. In quibus casibus alienationes sunt nullae ipso iure, si post alienationem in haeresim incidunt, fisco sic alienata recuperabit, quantumvis fuerint iuramento firmatae. sic probat Simancas *de cathol. instit. 9. n. 57. Farinacius de haeresi, q. 190. n. 83.*

20 Quinto limita Sanchez *lib. 2. c. 22. n. 47.* cum Bossio *pract. tit. de bonorum publicat. n. 76. Scaccia de iudic. lib. 1. c. 98. n. 17.* vt non procedatur in casu quo tertius possessor possideret bona, ex pacto publico Principis, vel officialis, qui absolutio nem reo concessisset: tunc enim (inquit) alienationes factae ab iplo reo sic absolutio, & ante noui processu reuocationem firmam manent; neque reuocari possunt, etiam si postea vitium publicationi subiectum detegeretur: quia videtur facta ex consensu, & voluntate fisci, qui eas reuocare debebat. An hoc intelligendum ex iustitia, dummodo vitium, quod detegitur, sit illud, a quo per potestatem publicam fuit absolutus. Nam si aliud vitium detegitur, ob quod bona publicantur, absolutio supradicta per accidens est, neque poterit prodesse, vt alienatio facta firma permaneat. Non enim iudex absolutens ratione absolutiois ab vno crimine intendit delinquentem habilem reddere ex omni capite ad contrahendum, sed solum ex illo capite, quo est absolutus. Secus vero quod dicitur esse, si ipsemet Princeps contractum approbaret, quia ratione autoritatis suae interpositae videretur velle, vt firmus semper maneret.

21 Hucusque de valida alienatione. Restat dicendum de ficto eius vlu. An, inquam, licitum sit ea bona alienare etiam ante sententiam? Videtur enim illicitum esse, tum quia ad sunt, leges prohibentes has alienationes delinquentibus, quibus bona iplo iure confiscata sunt: tum quia damnum sit possessio ribus a quibus bona vindicari possunt: tum quia fisco praesudicatur, & contra eius voluntatem in tertium transeunt possessorem. sic Angles *storibus 2. p. qu. de restitut. legis poenalis in prin. concl. 2.* solum limita conclusionem, casu quo fisco nullum detrimentum adesset. Idem docet Ioan. Medin. *de instit. quesi. 1. §. post verum deminuum, versic. ad propositum igitur Sayrus in clari regia lib. 3. cap. 9. n. 30.*

22 Ceterum probabilis est nullam culpam adesse in hac alienatione, siue gratuita sit, siue onerosa, si possessori nullum inde damnum pronenire possit, aut si ipse pronentato cesserit sic pluribus relatis docent Valquez *de legib. disput. 17. cap. 1. num. 1. Sanchez lib. 2. cap. 22. num. 59. Suarez de fide, disp. 22. sect. 4. num. 4. Bonacina disput. 3. de contractibus quesi. 8. punct. ultim. §. 3. num. 4. Farinacius de haeresi quesi. 190. §. 5. num. 82. Salas de legibus, disput. 15. sect. 5.* Ratio est, quia vt bene expendunt supradicti Doctores, leges publicantes bona tollunt a delinquentem facultatem liberam ea alienandi firmere, & ir-reuocabiliter: at alienationem reuocabilem non prohibent, siquidem delinquentibus possessionem bonorum suorum relinquunt, & in communiori, probabiliorique sententia illorum vtile dominium. Ergo ex parte legum illicita esse non potest alienatio. Restat ergo, vt solum illicita esse possit, si aliqua fiat iniuria, & nocumentum personae, cui bona tribuuntur, vel fisco, cui sunt obligata. Et quidem si alienatio sit gratuita, nullum inde pati potest donatarius nocumentum, regulariter loquendo. Nam si vindicetur, nihil ex propriis amittit; si autem alienatio sit onerosa, delictum sit ita occultum, vt nullum adit periculum deueniendi ad forum exter num, nulla est iniuria: quia tunc censetur alienare rem, ac si nullo vicio esset affecta, quia sic moraliter reputatur. At si adit periculum, & taceat alienans clarum est iniuriam committi, quia alienat rem viciosam tacito vicio; alienat quippe rem expostam vindicationi, tacendo sic expostam esse: si cut si rem alieni hypothecam, tacita hypotheca alienare contractu oneroso, peccaret sane. Excipe tamen, nisi apud se retineret alia bona non confiscanda, quibus possessori integre satisfacere posset, casu quo alienata vindicarentur, vel vitium, & periculum alienans manifestaret, vt sic cognoscens cedere censetur, quia his casibus cessat, vt de se constat, tota ratio iniuriae, & iniustitiae. Ex parte fisci nulla

DE
VSTR
ALAN
TON.
IBI

nulla oriri potest culpa in tali alienatione, nisi in fraudem ipsius fuerit facta, quia fisco non minuitur ius acquisitum ob alienationem: semper enim alienata transeunt fisco obligata; & fisco ea repetere post in quocumque possessore existant. Quod si aliquando contingat ex alienatione rem perire, & fisco ea priuari, id est per accidens, neque enim delinquentes tenentur curare, vt res illa conseruetur, quia non est fisci procurator constitutus, solum enim obligatus est, ne in fisci fraudem alienationem faciat, quod tunc contingit, quando nulla intercedente honesta causa alienandi alienat, ne ad fisco possit alienatam peruenire.

23 Ex his fit, si causa dotis, vel titulo nuptiarum rem obligatam fisco alienes, & addit periculum, vt a fisco repetatur, nec consensum, facias periculum recipientem, peccas grauius, sic Bonacina *supra*. Secundo fit, si vendas rem supradicto periculo expositam, tacito vitio te grauius peccare, neque à peccato excusari; etiam si vendas ad alimenta, resque necessarias, & etiam si pretium retineas: quia hæc non excusant emptorem à graui molestia, & sumptibus faciendis in probando pretium à se datum apud te retineri, vel in res necessarias consumptum esse: sic aliis relatis docuit Sanchez *num. 64. & 65.*

PUNCTVM XX.

Quem modum seruare fisco debeat in his alienationibus rescindendis, & bonis sic alienatis recuperandis.

- 1 Si pretium formaliter, vel æquialiter in potestate delinquentis existit, reddi debet à fisco, cum alienatio rescinditur.
- 2 Dicatur ne pretium stare si delinquentis consumpsit in vita necessarius? Alij affirmant, alij negant. Conciliantur sententia.
- 3 Onus probandi pretium in vitiatatem delinquentis versum esse, non fisco, sed presententi sibi restitui incumbit.
- 4 Non tenetur fisco in hoc casu contractum rescindere.
- 5 Quid si pretium non probatur in vitiatatem delinquentis versum esse, poterit ne fisco rescindere alienationem nullo pretio restituito? Negant aliqui.
- 6 Probabilius non esse obligatum pretium restituere, tamen si possessor bona fide contractum celebrauerit.
- 7 Satis fit rationibus.
- 8 Fisco vindicatur rem cum augmento illi coniuncto solutis expensis, secus cum augmento separato.
- 9 Quid dicendum de fructibus perceptis.
- 10 Quando censetur possessor fructus mala fide consumere, vt se possent à fisco vindicari.
- 11 Nullo modo fisco vindicare potest fructus, qui ex re percipi potuissent.
- 12 Excipe, nisi possessor iniusto titulo rem à delincente accepisset.

Qua in re tres difficultates occurrunt. Prima, an debeat aliquid dari, vel relinqui possessori, à quo res alienata vindicatur; Et in hoc omnes conueniunt, si per donationem gratuitam accepit, nullis sumptibus factis nihil esse dandum vel relinquendum; quia ipse nihil ex propriis amittit, & reuocatio huic effectum habet, vt res ad priorem statum reducat, efficiatque ac si nunquam res alienata esset. Si autem contractu oneroso, scilicet venditione accepit, & pretium datum formaliter, vel æquialiter apud delinquentem existit: illi est reddendum, cum re vendita priuatur, quia fisco solum haberi visum dissoluendi contractum, & recuperandi bona quæ sibi obligata sunt. Ergo non potest habere visum occupandi pretium ab innocente datum; quia non est delinquentis, nisi dum contractus factus firmus existit, & res vendita non vindicatur. Quare dissoluto contractu, re vendita vindicata, debet pretium ad innocentem redire. In his omnes Doctores conueniunt. Solum excipitur casu, quo emens rem à delincente concius fuerit eius delicti, sic Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 98. num. 16. & 23.* At merito hanc exceptionem reprobat Valquez *de legib. disput. 172. cap. 2. n. 8.* Sanchez alios referens *lib. 2. cap. 22. n. 69.* quia nullo iure cauetur: cum enim emens concius criminis delinquentis nullum delictum committat in tali emptione, non potest inde tradere occasionem fisco, vt pretio priuatur; nisi forte probatum fuerit voluisse rem delinquentis ita occultare, vt ad fisco nequaquam perueniret, quod raro probari potest. Notanter dixi, si pretium formaliter, vel æquialiter existit, quia, moraliter loquendo, perinde est esse apud delinquentem pretium, vel esse illius æstimationem. Erat autem illius æstimatio, si illo soluit creditoribus, aut si vitæ necessaria sibi, suisque suppeditauit; aut aliam rem æquæ pretiosam, ac venditam emit; aut res proprias meliorauit, quia tunc ex illo pretio dicitur delinquentis factus esse, ac proinde dari restituendum, si Simancas *de cathol. instit. tit. 9. à n. 31.* Gabr. Quemada *quæst. 7. n. 4. & seg. Valquez de leg. disp. 172. cap. 2.* Sanchez *lib. 2. c. 22. num. 70.* Suarez *de fide, disp.*

22. *sect. 4. n. 9.* dicens esse omnium. Fatinacius *de hæresi, q. 190. n. 78.*

2 Dubium tamen est, an censetur stare pretium apud delinquentem, si ex illo res necessaria ad victum, & vitium, & ad alia supradicta empta sunt, quæ tamen casu perierunt: Afirmat Simancas *illo tit. 9. num. 38.* Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 7. q. ult. ad fin.* Sanchez *lib. 2. cap. 22. n. 71.* Bonacina *disp. 3. de contrahibus, q. 8. p. ult. §. 4. n. 2. vers. sic rursus.* Fatinacius *de hæresi, q. 190. num. 28. circa finem,* videtur consentire. Mouentur, quia æquialiter pretium extat apud delinquentem, quoties propriis bonis, quæ necessario erat consumpturus, si pretium non receperit. Contrarium defendit Valquez *de leg. disp. 172. cap. 2. n. 9. & 10.* probat, quia tempore, quo contractus ille rescinditur, non verificatur pretium illud apud delinquentem extare enim æquialiter, cum neque in eius vitiatate, neque in vitiatate fisci versum fuerit. Vtraque sententia veritatem dicit, & facile conciliari possunt. Si enim ex pretio accepto emittitur, quam sine dubio emeres, etiam si pretium non accepisses, credo pretium publicandum non esse, sed reddendum danti, quia ex illius redditione non inferatur fisco minori patrimonio frui, quam frueretur, si contractus ille qui rescinditur, factus non esset: atque pretium moraliter censetur existere tempore quo contractus rescinditur, quatenus in tui vitiatatem versum est; siquidem ratione illius propriis bonis, quæ debebas consumere, peperisti. At si ex pretio accepto emittitur rem, quam non emeres, si contractum priorem non celebrasses, neque pretium accepisses; credo tunc non esse restituendum pretium danti, quia absolute non est verum in tui, vel fisci vitiatate esse consumptum.

3 Onus autem probandi pretium in vitiatatem delinquentis versum esse, non fisco, sed presententi: sibi restitui incumbit, quia fisco vis certum possidet aduersus omnia bona, quæ in possessione delinquentis reperiuntur. Tu ergo si pretendis hoc ius certum diminere ob contractum celebratum; probare debes ex tuo pretio delinquentem ditioem euasisse: alias succumbes ita Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 7. q. ult. Valquez cap. 9. de restim. §. 4. dub. 6. Molin. tom. 1. disp. 95. vers. licet autem.* Sanchez alios referens. *cap. 22. n. 60. & 69.* Bonacina *disp. 3. de contrah. quæst. 8. p. ult. §. ult. n. 2.* Modus autem probandi pretium conuersum esse in vitiatatem delinquentis est, non testimonio ipsius delinquentis tantum, sed aliunde, scilicet ex aliquibus coniecturis, quibus vtro similiter colligatur prudentis arbitrio pretium versum esse in vitiatatem delinquentis: sic, Simancas *de cathol. c. 9. à n. 39. & ex illo Sanchez lib. 2. c. 22. n. 72.* Fatin. *de hæresi, q. 190. n. 28. circa finem.*

4 Aduerto tamen in hoc euentu liberum esse fisco contractum non rescindere, quia, vt supra dixi, validus est contractus, & potestas rescindendi illum, fisco est concessa, vt priuilegium quo possit vti, non vt obligatio, qua vti tenetur, sic expresse Suarez *disp. 22. de fide, sect. 4. n. 9.*

5 Controuerfia ergo in eo consistit, an rem tibi à delincente venditam possit fisco à te vendicare, nullo restituito pretio, quando non probas pretium in delinquentis vitiatatem cessisse. Negant Alciat. *in l. post contractum. n. 21. & seg. ff. de donationibus. Roman. n. 3. Imola n. 1. Cynus in l. fin. c. ad legem in liam maiest. & alij relati per Sigismund. Scaccia tractat. de iudic. cap. 98. n. 13. in princip.* Et probari potest, quia licet eundem probabilior sententiam contractus ille emptionis, & venditionis valdus fuit, licet veniat rescindendus Ergo communitate emptoni dominium rei venditæ à delincente. Ergo emptor priuari illa non potest, nisi pretio restituito. Probo hæc vltimam consequentiam; quia res illa, licet sit obligata fisco, non tamen est fisci, sed possidentis. Ergo ius possidentis vtopote in re præualeat debet iuri fisci, quamuis sit antiquius. Et confirmo ex eo quod res alienata à delincente obligata sit fisco, solum inferatur posse fisco rescindere contractum factum, & efficere, ac si factus non esset. Sed ex tali rescissione sequitur pretium in omni euentu reddendum esse emptori, aliis non rescinditur contractus venditionis, & emptionis, si vtrique parti non redditur alienatum ab ipsa sed est rescissio contractus donati, in qua rescissione occupatur donatum, nulla re donatio tributa.

6 Ceterum tenendum est tanquam probabilius non esse obligatum fisco in supradicto casu reddere pretium possidentis, sed posse rem sibi integrè vindicare, sic docent post alios antiquiores Simancas *de cathol. institut. tit. 9. n. 27.* Anton. Gomez. *tom. 3. var. cap. 2. n. 2.* Gabr. Quemada *q. 7. n. 1.* Sigismund. Scaccia *de iud. c. 98. n. 13. vers. contrariam sententiam* Ioan. Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 7. q. 8.* Sanchez *lib. 2. c. 22. num. 68.* Suarez *de fide, disp. 22. sect. 4. n. 9.* Fatinacius *de hæresi, q. 190. n. 78. & de fult. quæst. 164. n. 90. iuncto num. 93.* Ratio est, quia bona hæretici, & cuiuslibet delinquentis, quæ ipso iure ob delictum publicantur, à die commissi delicti sunt fisco obligata, & hypothecata. Ergo cum hac obligatione alienata sunt. Ergo valet fisco ea repetere, & vindicare vbicumque inueniunt, etiam non soluto pretio pro tali vindicatione: pretium inter bona delinquentis non existit. Probo hæc consequentiâ, quia tunc fisco debet dare pretium ex propriis bonis: at si fisco repererit possidet.